

Augustin Balthasar von

Programma, Qvo Academiæ Magnificvm Dn. Rectorem ... Ad ... Dn. Martini Gustavi Fischer, Gryphiswaldo-Pomerani, Dispvtationem Inavgvralem, De Pecunia Assecurationis in Contractu Locationis Conduct. soluta, ejusque in Concursu Creditorum Jure, Anno Hoc Jvbilæo Academico Secvlari MDCCXXXIX. die X. Novemb. B. C. D. Ventilandum, Avgvstinvs Balthasar ... Invitat : Simvlqve In Recensione Vitarvm Jctorvm Gryphiswaldensivm, Speciatim Matthiæ De Wedel, Pergit

Gryphiswaldiæ: Literis Strvckiani, [1739?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn877244367>

Druck Freier  Zugang





V. N. — 2 (137.)

1. Handwritten des jüdischen Familienbuches, der unter dem Namen Colletorum historia et juris patrii vellem Reifendae Gabriel Spelt. griff.
2. Handwritten des Familienbuches Gabriel Spelt, unter dem Namen Collectorum historia et juris patrii. Griffendae
3. Fidei, gestalt bey der Abschied des Grafen von Putbus, von Balthasar.
4. Die Mittel u. Urkunden des Grafen von Putbus, in dem Archivium des Prinzen von Anhalt, von Balthasar.
5. Handwritten des jüdischen Familienbuches, der unter dem Namen Handwritten, unter dem Namen Griffendae des Archiviums, griffendae.
6. Balthasar, de legato.
7. Balthasar, de eo, quod justum est circa mystias
8. Balthasar, program ad Haselberg disputat. de contractibus et act. honesti fidei et Ho. juris.
9. Balthasar progr. ad Starmann disput. de prerogativa juris germanici praesure romano, in materia pactorum dotalium.
10. Balthasar progr. ad Fischer diss. de pecunia asseruatiōis in contractu locatiōis cond. solute, eiusque in Concursu Crediti iure.
11. Balthasar progr. ad Dyen diss. de usufructu paterno in Judio familiārum Familias.
12. Balthasar progr. ad Rudol. diss. de indole genuina simultaneae I. Germ. investiturae cum longobardica collatae.
13. Balthasar progr. ad Hess diss. de iure principis circa baptismum.
14. Balthasar progr. ad Balthasar diss. de iure peregrinorum singulari in processum.
15. Balthasar progr. ad ab Joen diss. de vi matrimonii consummati.
16. Balthasar progr. ad Schomer diss. de libris s. matriculis ecclesiasticis et c.

17. Balthasar, progr. ad diss. Heybergii, de jure usus in concursu
su creditorum J. Libenig. in eadem classe integre adjudicandis.
18. Balthasar progr. ad diss. de Paltenii, de favore depositi.
19. Balthasar progr. ad diss. Meyeri, de remissione in mercedis
in locatione praediorum rusticorum abingens duntaxat ex
huc pecuniarum conductori contingens.
20. Balthasar progr. ad diss. ~~Philippi~~ Schuffelii, de successione
ab intest. ex jure Libenig.
21. Balthasar, progr. ad diss. Balthasari, de origine fluminum
in genere, praecipue ablatum in pomerania horumque in
Dole.
22. Balthasar, de poena adulterii.
23. Westphal et Balthasar de serenissimorum ducum pomeraniae
meritis in rem literariam.
24. Balthasar de intellectus facultatibus ad voluntatem Dei spi-
ritus sancti ductu componendis.
25. Balthasar, de voluntate aut Angelorum sanctitatem.
26. Balthasar, de justificatione non physica sed poenali ad
dictum functionis Christi pie celebrandum.
27. Balthasar de chetificatione spiritali.
28. Balthasar de diebus gentium tutelariibus ex antiquitate quae-
dam.
29. Balthasar en, et quatenus illud restauratae humanae
salutis medium ratione investigari possit.
30. Balthasar, de locis religiosis.
31. Balthasar, de linguae usu et abusu morali.
32. Balthasar, progr. ad Christum archangelis in creati
michaelis.

10
PROGRAMMA,
QVO
ACADEMIÆ MAGNIFICVM DN. RECTOREM,
GENEOSVM R. DICASTERII, AMPLISS. CIVITATIS,
REVERENDIQVE MINISTERII CONSESSVM,

IN PRIMIS
PATRES ACADEMIÆ CONSCRIPTOS,
ILLVSTRISSIMAM, GENEROSAM, NOBILISSIMAM QVE
ACADEMICAM JUVENTVTVM

AD
PRÆNOBILISSIMI, ATQVE DOCTISSIMI
DN. MARTINI GVSTAVI
FISCHER,

GRYPHISWALDO - POMERANI,
DISPV TATIONEM INAUGVRLEM,
DE

*Pecunia Assesurationis in Contractu Locationis
Conduct. soluta, ejusque in Concursu Creditorum Jure,*

ANNO HOC
JVBILÆO ACADEMICO SECVLARI
MDCCXXXIX. die X. NOVEMB.
B. C. D. VENTILANDAM,

AVGVSTINVS BALTHASAR,

J. V. D. & PROFESSOR ORDINARIVS,
FACVLTAT. JURID. ASSESSOR, H. T. DECANVS,
EA, QVA PAR EST, ANIMI OBSERVANTIA OFFICIOSE INVITAT,

SIMVLQVE
IN RECENSENSIONE
VITARVM JCTORVM GRYPHISWALDENSIVM,
SPECIATIM

MATTHIÆ DE WEDEL,
PERGIT.

GRYPHISWALDIÆ, LITERIS STRVCKIANI.

I n Programmate, nuper ad Dissertationem inauguralem Domini SPARMANNI edito, recensui Professores Juris, qua maximam partem in ipsa fundatione Academiae assumptos; sequuntur jam reliqui, inter quos maxime eminet

IX. MATTHIAS DE WEDEL,

Eques Pomeranus. ()*

Hic, natus Lubecæ, ut Archi Diaconus Stolpensis in Ecclesia Camminensi nomen suum albo Civium jam ao. 1456. professus, & in ipso actu introductionis Academiae v. *Annal. Lib. I. pag. 1. & 181. item Lib. II. pag. 1.* nec non sequenti anno factæ erectionis Ecclesiæ collegiatæ, præsens fuit. v. *An. L. I. p. 10.* Deinde, quo vero anno & loco haud constat, Decretorum Doctor creatus. Anno 1461., Sub-Rectoratu GOTTFRID DE ZWINA, (**), in locum resignantis JOH. ELZINGII, ut Lector ordinarius in novis, a Facultate juridica assumtus. v. *supra in Vita ELZINGII.* Rectoratus munus ad ipsum ao. 1462. devolutum v. *Annal. Acad. Lib. II. p. 15.* & GERSCHOV, c. 1. ad h. a. Quam egregie vices sibi commissas expleverit in Legatione, una cum JERESLAV BARNEKOW, ad aulam Imperatoris, in causa Ducum Pomer. contra Marchionem Brandenburgensem, suscepta, supra, sub vita GVALTERI, jam percepimus. Haud abs re erit exscribere verba ibidem *allegata Chronica Mscr.* quatenus quædam notatu digna, de nostro, suppeditant.

Hujus enim occasione inter dictos Marchiones & Duces Stetinsium & hinc inde inter subditos fuit suborta maxima discordia & dissensio; unde ea de causa dictis Principibus, convenientibus in suis consimilibus, & pro majori

(*) De hujus profapia v. MICRÆL, in *Chron. Pom. Lib. IV.*

(**) Qui itidem non ex ordine Professorum, exemplo BUKOVII, Præpositi, sed electus fuit in Rectorem ob spem, quod Universitas sperabat, ipsum notabiliter velle aliquid boni facere pro Universitate. (Foran ut HENR. NAACKEN) v. *Annal. Acad. L. I. p. 34.*

majori parte in civitatibus Marchionum, cum consiliariis & civitatensibus & multis nobilibus habuerunt Tractatus, prout in oratione (B.) ad Imperatorem facta per egregium virum, Dominum & Magistrum MATHIAM WEDEL, Decretorum Doctorem, Archi-Diaconumque Stolpensem in Ecclesia Camminensi, curiæ Camminensis officialem, & principalem in legatione quadam ducum Ducum Stetinensium prædictorum, qui cognoscere deberent de jure inter partes dictas. Inter quos, post longam dissertationem & disputationem inter se habitam, super hinc inde allegatis & productis nihil fuit conclusum, sed causa relicta cum partibus in discordia. Unde ex tunc dictus Doctor MATTHIAS a dictis Ducibus Stetinensibus fuit missus ad Imperatorem FRIDERICUM, ad expediendum, impetrandum & obtinendum investituram suorum Ducatum Principatum & dominiorum, juxta continentiam suæ orationis, de qua (B.) In qua Legatione, post diligentem sollicitationem in Curia Friderici Imperatoris, prog dolor! decessit. Conferatur JOH. BUGENHAGII Chron. Pomer. Lib. III. n. 21. pag. 169.

Oratio hæc WEDELII nostri, cuius *Aut. allegati Chronici*, fecit mentionem, quamque BUGENHAG. c. l. p. 45. & ex novioribus Scriptoribus patriæ DN. PVLIVS, Rector Lycæi Sundenfis, de hoc munere æque ac historia patriæ civili & literaria meritiſſimus, nuper ad Cœlites evocatus, in suo *Faustino reduce secundæ Jubilai Lutherani p. 5.* & frater meus dilectiſſimus in *pref. ad BUGENHAGII Chron. Pom p. 4* aliique Historici domestici in suis scriptis allegare solent, lucem hæctenus non vidit publicam. Tam vero ob materiæ, quam tractat, dignitatem, quam etiam ipsius auctoris, cujus vitam & eruditionem jam deprædicavi, insignia merita, dignam eam judicavi, quæ in lucem protrahatur publicam. (**). Nec in malam partem quisquam interpretabitur, si eam hoc loco, maxime, ut mihi videtur, congruo, oculis eruditorum submittam.

ORATIO

(**) Est mihi adhuc in manibus Manuscriptum aliquod antiquum, Genealogiam Ducum Pomeraniæ delineans, quod procul dubio etiam hunc nostrum Wedelium agnoscat parentem, cum occasione hujus controversiæ, successionem in Ducatum Stetinensem respicientis, est compilatum & in exemplari, quod in archivo Civitatis Gryphicæ servatur, orationi ejus adjunctum deprehenditur; verum cum tanta omnino certitudine huic auctori illud adscribere non possim, qua de priori constat, alii usui id servavi.

ORATIO
 PRO PARTE
 DUCUM STETINENSIIUM
 CORAM IMPERATORE.

Gloriosissime Imperator! pridem pro parte Illustrium Principum & Dominorum ERICI & WARTISLAI, fratrum Stetinensium, Pomeranie, Cassubie Ducum, nec non Rugie Principum, materna lingua paratam debilitate per me orationem, a quibusdam nobilibus viris, Sacre Imperialis Vestre Majestatis Consiliariis, linguarum propter diversitatem vereor non plene fore intellectam. Ob id certas litteras Vestre Majest. humili cum supplicatione - - institui, quod tunc laica lingua referebam.

Gloriosissime Imperator! post decentem predictorum Principum meorum recommendationem, nuper felicitis record. WARTISLAI, dum viveret dominorum meorum Ducum & Principum predictorum e medio sublato patre, iidem Principes & domini mei, per suas patentes litteras & Oratores ad hoc deputatos, de comparitione non personali coram Imperatoria Vestra Majestate super regalibus recipiendis, sicut aptius potuerunt, ex legitimis causis se fecerunt excusari, petentes, quatenus Imper. Vestra Majest. de Ducatibus dominiis & Principatibus suis, nec non conjuncta manu, eos investire, ac regalia, juxta juris dispositionem & laudabilem consuetudinem, eis graciosè elargiri dignaretur. Unde & Sacra Imp. V. Majestas supplicationem hujusmodi tamque racionabilibus annuendo precepit investituram se facturam pollicita est, prout de hoc spectabilis viri Dn. & Mag. Johannis Hindenback Decretorum Doctoris, Prepositi Tridentini, organica relatio facta est in Imperiali Majestatis cancellaria: Verum, Serenissime Imperator! dum prefati illustres Principes & Domini mei executionem hujus rei intenderent & tamen aliquantulum pp. bellum, inter Potentes & Dominos Teutonicorum ordinum, quorum termini ditioni temporali Dominorum meorum nullo medio junguntur, habitum, nec non ob pesilentiam, que occulto Dei judicio aliquando nostris regnavit in partibus, essent impediti: bone memorie OTTO, quondam Stetinensis Pomeranie, Cassubie & Slavie Dux, Dominorum meorum, dum viveret, patruus & Agnatus, sicut altissimo placuit, diem vite sue clausit extremum, cujus post obitum, si per Dominos meos predictos stetit, pro

expediendis regalibus suis & investitura Sacram Vestram Imperialem Majestatem accessissent, aut saltem solennem misissent bastatam: sed propter predictas inimicicias, nec non, quibus per Illustrum Principem & Dn. Dn. Fridericum, Marchionem Brandenburgensem, turbantur, ob insidias, ac aliis rationabilibus causis, nec personaliter venire, nec tam solennem, ut proposuerunt, aut saltem debuerunt, embasiatam transmittere potuerunt, me autem, licet minus sufficientem, rem tam arduam coram tanta Majestate expedire, decreverunt per longa & periculosa itinera transmittere, ut super premissis omnibus Magnificentias eorum coram Imperiali Vestra Majestate excusatas haberem, ac illa expedirem, que in credenciali littera ac procuratorio, mandato pridem oblato, melius continentur. Exequuturus, in quantum valeo, inunctum legationis officium, predictos Illustres Principes & gratiosos Dominos meos Ericum & Wartislaum, Duces, &c. de non personali comparacione atque egregiam ac magis solennem aut celerius embasiatam non transmittere, sicut aptius & opportunius aperiendum coram Imperiali Vestra Majestate, excusari & excusatos haberi, queso, supplicans non sine omni humilitate, quatenus sacra Imperialis Vestra Majestas per prefatum Dn. Joh. Hindenback de mandato vestro factam relacionem suum debitum deberi sortiri effectum decernere, nec non prefatos Illustres Principes & Dominos meos, aut saltem me, Procuratorio nomine eorundem Dnn. meorum, de Ducatibus, dominiis & Principatibus tam per patrem eorum Wartislaum, quam Ottonem, quondam patrum eorum, sel. record. omnium Stetinenf: Ducum dum viverent, derelictorum in meliori forma investire, eis de & super illis regalia sua elargiri Imperialis Vestra Majestas dignetur de gracia speciali.

Post premissa, Serenissime Imperator, in vim oblato vobis credencialis littere, ad audienciam inclite Majest. deduco, quod predicto Duce Ottone, patruo & agnato Dnn meorum, ex hac luce sublato, illustris Princeps ac Dn. Dn. Fridericus, Marchio Brandenburgensis, variis ingenis & viis Ducatus Stetinensem & Pomeranie, in illustrium Principum & Dominorum prejudicium, contra iusticiam usurpare pretendebat. Primo namque, dum Dn. Marchio offendisset, nonnullas assertorum Imperialium copias, circa centenos annos, & videbatur, concessas continentes, Dnn. Duces Stetinenfes Marchioni Brandenburgensi, & non Romano Imperio, ad homagium teneri

teneri, & ad juramenta fidelitatis; responsum est illi: inclitorum Principum Dominorum meorum pro parte nec genitoribus aut agnatis, aut parentibus ipsorum, aut ipsis, de dictis literis constituisse, aut constare, quin imo, manifestum esse, Duces Stetinenses fuisse & esse S. R. J. Principes, illosque illi, & nulli alteri, ad homagium teneri & ad juramentum Fidelitatis, progenitores & patruj & agnati eorum, cum infeudari aut investiture renovacionem impetrare ac habere deberent, quod a Romano Imperatore, pro tempore existente, obtinuerunt; nec enim in hominum fuisse memoria, unquam contrarium observatum. Illa responsione data, idem Dn. Marchio produci curavit in medium & legi copiam cujusdam Imperialis litere, ab Imperiali Vestra Majestate, ut asseruit, concessa, in effectu continentem: Sacram Vestram Majestatem Imperialem eidem Domino Marchioni & Dn. Alberto, similiter fratri suo, prefatos Ducatus, videlicet Stetinensem Pomeranie, Slavie ac Cassubie, tanquam ad Majestatem Vestram & Romanum Imperium devolutos, simul cum jure, quod Dominus Marchio pretendebat se habere, ad eosdem donasse & concessisse, prout illa cum aliis, in eadem copia contentis, latius continebantur. Qua lecta, & petito, ut litteras ostenderet originales, respondit, se habere illas, sed Consiliarios suos nolle annuere ut ostenderentur. Unde pro parte Dominorum meorum dictum exstitit & allegatum: omnes Dominorum meorum Consiliarios firmiter arbitrari, Imperialem Vestram Majestatem non fecisse tam precipitanter hujusmodi prejudicalem concessionem, infra indultum, aut infra beneficium, videlicet annum & diem post obitum Ducis. Ottonis, agnati & patruj eorum; secundum cause legitimam cognicionem, eciam de terris per Dominos meos possessis, & si forsan, quod non crederetur, Dn. Marchio aliquas tales obtinisset, illas suprepticie & obrepticie per veritaciturnitatem & non veri expressionem impetrasse. Habitis desuper diversis & variis materiis questionum, de concordia inter prefatos Principes ex utraque parte extitit pertractatum, & dum Dn. Marchio primo totum Ducatum Stetinensem, & id non fieret, & sic partem Ducatus in vim concordie peteret, & contentus fuisset, ut incliti Principes & Domini Dn. mei memorati, Tolensam, que est alias pars Ducatus Stetinensis, cum castris & civitatibus & territoriis suis retinissent, & hoc totum, juxta petitionis sue arbitrium, optatum posset consequi effectum finaliter, Tunc idem Dominus Marchio

Marchio intentionem suam in hoc statuit & firmavit, ut dimissis sibi pro se & territorio suo quibusdam, insigni oppido Pasertalc nuncupato, castro Torgelow, omnia Dnn. Ducum in Stetin, & jure patronatus quorundam beneficiorum Ecclesiasticorum, in quibus Duces Stetinenses habent dispositionem, esset contentus, ut in Ducatibus prememoratis domini mei pacifici remanerent. Habita super hoc deliberatione, Principes & Dominos meos in consilio suo, & omnibus in consilio referentibus, hoc modo debere fieri, aut permitti, ut Marchio consequeretur prepetua. Et quod ipsi eos & neminem, tanquam eorum veros & naturales Dominos, agnoscerent intenderentque in hoc articulo, usque ad ultimum vite periculum, ipsis firmiter adberere, cum Domino Marchione, quatenus res ad ampliationem & dilacionem daretur, conventum est, sed non fuit facta plena narracio eidem de ultimis prenarratis. Gloriosissime & Serenissime Imperator! illi sunt inter illustres Principes & Dominos meos & Dominum Marchionem sub brevi expositione nuper habiti tractatus, supplicantes humilliter incliti Principes & Domini mei, ad justiciam & pacem eorundem Dominorum meorum Sra. Imp. V. Maestas se dignetur convertere, & regalia petita simul cum predictis infeudacionibus in meliori forma Dominis meis dare & concedere graciose, & litteras, si quas Dnn. Marchio a Vestra Majestate forsitan obtinuit, si cassare non placuerit, arrestare propter dominorum meorum veritatem & justiciam, & ut in forma sub districto arresto ponere eadem Vestra Majestatas dignetur de celsitudinis Imperialis Majestatis mandato. Attento, Gloriosissime Imperator & Serenissime Princeps! quod si subordinaciones & surrepciones prefati Domini Marchionis, ejus magnificentia salva, suum sortientur effectum, quod absit! hoc cederet perpetuo periculo & damno illustribus Principibus & Dominis Dn. BUGGESLAO & CASIMIRO junioribus, Stetinensibus &c. Ducibus, filiis Dn. Dn. Erici, natis ex Illustrissima Domina Domina Sophia, ejus contborali, ex alto & nobili sanguine incliti Regis Polonie propogata, & Sacrae Vestrae Imp. Majestati in gradu consanguinitatis secundo conjuncta, verum & Imperialem Vestram Majestatem tam nobilis sanguinis cognatio non moveret, moveat tamen Imperialem Vestram Majestatem generosa antiquitas dominorum meorum, progenitores a duobus millibus annorum citra, ut tradunt antique historie & Chronice aliaque documenta legitima, has terras, de quibus

quibus est questio, possederunt & antiquitus Reges intitupati, scil. Slavi, qui nunc Duces Stetineses, Pomeranie, Cassubie, Slaviae nuncupantur.

Attendat etiam Imperialis Vestra Majestatas, Ducem Ottonem fuisse patrum & agnatum dominorum meorum, sicut probari de gradu in gradum, de persona in personam legitime poterit computari, illumque cum inclitis Principibus Dominis meis, ac ipsos cum eo, ac viriusque progenitores eorundem eadem arma & eundem titulum, a longe retroactis temporibus, ac a tanto tempore & per tantum tempus, de cujus contrario hominum memoria non existit, gessisse & habuisse, nec nunc post obitum Ducis Ottonis illum & alia noverit assumpsisse.

Pendat etiam Vestra Imperialis Majestatas, quod, licet Dux Otto in civitate & Ducatu Stetinesi habebat homagium, domini mei & progenitores eorum in predicta civitate Stetin, Gartz, Grisenba-gen, & quibusdam aliis civitatibus ejusdem Ducatus, in agnitionis signum habeant regalia & tributa & adhuc habent die hodierna quod est manifestum. Ac si forsitan, quod absit, Sacra Vestra MStas inclitorum Principum Dominorum meorum generosam ac nobilem antiquitatem, agnitionem, tituli & armorum similitudinem; ac alia predicta non plene attenderet, attendat tamen eosdem Dominos meos ac progenitores eorum MSti Vestrae Sacrae & Sacro R. Imp. nullo unquam tempore inobedientes fuisse & rebelles, & quemadmodum superioribus diebus factum est, quod progenitores Dominorum meorum divo Karolo Imperatori cum octingentis equis in bello contra hostes suos & Imperii servierunt, ac genitor Dominorum meorum, Dux WARTISLAUS, in Domino defunctus, Sigismundo, similiter Imperatori divo, predecessoribus vestris, per quinquennium personaliter, dum viveret, obsequio fuerat, sic & illustres Principes, Domini mei prefati, hodie Imperiali Vestrae Majestati & S. R. essent & esse possent obsequio guerrarum, in tempestatibus in Polonia & Prucia existentibus, cessantibus, ac insidiis terrarum Dominorum Marchionum sublatis; que quidem insidie, serenissime Imperatori nisi celeriter & prudenter tollerentur e medio, vereri oportet, quod sicut Polonia & Prucia felices patrie lamentabiliter passe sunt, sic & innocentis sanguinis effusionem, virginum, salva reverencia, desolationes, & ingenuarum matro-

† †

na-

narum stuprum, aliaque mille pericula provincie dominorum meorum, que fere longitudinem sexaginta miliarium, & non multum remotius, quam ad duas dietas, ab inclita civitate Lubicensi protenduntur, haec dolor sustinebunt, & Marchia, vice versa, sustinebit, Cur & Imperialis Vestra Majestatas & benevolencia, que per universum, sicut & in veritate est, justa predicatur & sancta in promissa commoda subditorum investigare, & eorum futuris calamitatibus & periculosis insidiis mederi, reique publice salutem privatis commodis, quod in dubio & ex innata generositate facietis, ad decorem Imperii & laudem Romani Principis ut illustrium Principum Dominorum meorum generosa antiquita plena quiete vigeat, & in pacis securitate gaudeat libertate.

Generose Imperator & Serenissime Princeps, propter nobiles viros, Sacrae Vestrae Imperialis Majestatis Consiliarios, a quibusdam forte, ut in themate proposui, linguarum propter diversitatem non sane forsitan intelligebam: hec scripta exigua, debilius confecta, Sacrae Vestrae offero Imperiali Majestati, cum humilitate supplicando, aliqua, que ad huc in vim credencialis ejusdem litera & oblata procuratorii perorare & facere habeam, mihi fore & remanere graciosae reservata.

Serenissime Imperator! sunt forsitan non nulli, asserentes, dominos meos predictos habere arma sua specialia, armis ducis Ottonis quondam non concordantia; moveunt & dicunt: dominos meos Gryphonem habere inigrum, Ducem autem Ottonem habuisse Gryphonem rubrum. Et eam est verum, quod insignum agnacionis & ducalis originis in plenis eorum armis & sigillis ipsi & progenitores eorum habebant, prout hodie habent, non ex nova assumptione, gryphonem rubrum, ut Dux Otto & progenitores ejus, quod omnino extitit manifestum. Et domini mei non sunt secundum veritatem intitulari Duces Wolgastenses, nisi quantum vulgaris intitulacio facit ex residencia, sicut illustris Princeps & Dominus Dn. Sigismundus, Austrie dux, communiter & vulgariter intitulatur Dux de Attasu, ex residencia & territorio in quibus regit; imo, verum est, quod, sicut Dux Otto & progenitores ejus verbo & in scriptis intitulari sunt Sietinenses Pomeranie, Cassubie & Slavie ac Principes Rugie, ita & domini mei & progenitores eorum ab antiquo in simili forma intitulari bantur, & nec plus nec minus ab omnibus & insinuis litteris per Dominum Marchionem

Marchionem Fridericum sunt intitlati: bodie autem in iniuria illustrium, Principum dominorum meorum, per quosdam, Majestati Vestrae inferiores, fit contrarium; de hoc opus habere pacientiam, donec altissimus & Imperialis Vestra Majestatas aliter certa providebunt, & Vestra Imperialis Majestatis humilis MATTHIAS WEDEL, minimus Decretorum Doctor, Archidiaconus Stolpensis in ecclesia Camminensi, illustrissimum Dominorum Erici & Wartislai, Stetinensium &c. Ducum nuncius & orator.

* * * * *

Merita itaque hujus viri in patriam & Academiam nostram adeo insignia atque præclara, non possunt non in animo candidati nostri, in cujus gratiam ex more recepto hæc præfatus sum, igniculos gloriæ excitare, ad summum illud virtutum ac eruditionis culmen, quod sibi propositum habuit, alacri animo ulterius contendere. A teneris siquidem arduum illud multoque labore coniunctum ad virtutem directum iter ingressus, quod, licet spinosis ærumnis ipsi fuit interseptum, non tamen intermisit, sed alacri animo hæcenus profecutus est. En! audiamus ipsum Candidatum, suis verbis vitæ curriculum nobis suppeditantem.

Primum hic Gryphiswaldiae spiritum hausit, VI. Calend. Aprilis, Anno 1710. Patrem veneratus MATTHÆUM JACOBUM FISCHER, huius civitatis tunc temporis Senatorem, postea cum tumultus bellici in hoc terrarum tractu magis in dies obstrepescerent, Neo Brandenburgii & Fridlandie, Sereniss. DUCIS Megapolit. Strelizensis nomine ius dicentem; Avum vero DANIELEM FISCHER, Consulem Rostochium Lubeca evocatum, cuius uxor, aviamea, ELISABETH SOPHIA BOECKELIN, filia illustris MARTINI BOECKELII, Potent. REGIS Sveciae in Ducatu Brem. & Verdensi, plurimumque dein Germanie Principum a Secretis Consistorii, Status, Camerae, consiliis intimis

† † 2

& Can-

& Cancellaria, fuit. Matrem habui BARBARAM SOPHIAM
 SCHLICHTKRULLIN, filiam ARNOLDI SCHLICHTKRULL,
 Syndici huius loci, deinceps Consulis Anclamensis; cuius uxor
 BARBARA HEUERIN, sanguine CASPARIS HEUERI,
 Consilarii Prouincialis & Consulis huius urbis, fuit creta. Quo-
 niam mater mea desideratissima me, admodum puerum, in
 terris reliquerat, ipsa inde ad caelites discedens: ad piissimam
 amitam meam, uxorem JOACH. HENR. SIBRANDII,
 Professoris olim Rostochiensis, iam Assessoris S. R. Trib. Wismar.
 grauissimi, parens me dimisit, eorumque tutelae, probitati, et
 fidei, quam ad tumbam usque gratissimo animo recolam, com-
 mendauit; penes quos ad annum 1726. usque commoratus, Frid-
 landiam abhinc abire iussus fui; ubi fidelissima eaque priuata
 informatione Rectoris Scholae, Dn. EN. FRID. SIMONIS, usus,
 et omnia, quae ad humanitatem litterarum pertinent, per tri-
 ennium doctus, Academiam Rostoch. repetii, habita prius oratione
 de Fatis Friedlandiae, qua oppido Vale dicebam! Academicis
 studiis & Juris maxime operam daturus, Philosophiam ante
 omnia sub auspiciis Dn. HERM. BECKERI, Diaconi ad aedem
 D. Mariae, et Logicam in specie, duce S. Ven. Viro AEPINO, tractan-
 dam sumsi; iuris autem fundamenta Praeceptoribus, V. Magn.
 Dno. JAC. CARMON. et V. C. TADDELIO, jam Assessore Can-
 cellariae Gustrouiensis spectatissimo, jeci, qui simul in Juris do-
 ctina, alique in Philosophicis disciplinis disputando indu-
 striam exercuerunt. His tamen, exacto anno, Dissertatione:
 De Experientia, matre scientiarum, Praeside modo laudato
 Dn. BECKERO, iterum dixi Valet! et litteris commenda-
 titiis stipatus, Illustrem LEYSERUM Wittebergam, quo nuper
 Helmstadio venerat, secutus sum, sub cuius auctoritate cursum
 quera

quem vocant, juris, anno et dimidio absolui, obligationem vero, qua Magnus iste Praeceptor sibi me devinxit, nunquam dissolui, neque dissolui unquam patiar. Alios tamen eodem tempore Celeberrimos Viros, BASTINELLER, MENCKENIUM, CRELLIVM, BERGERVM, HANACCIVM, KRAVSIVM, VATERVm, WOLFFIVM, STVRMIVM, & linguas Gallicam & italicum docentem priuate HASSIVM, linguarum exoticarum peritissimum, frequentavi. Hinc discedens, auctore Dn. LETSERO, Musas Hallenses salutavi, quae adeo mihi statim fauerunt, ut in gratiam Illustris BÖHMERI, eiusque filii C. F. BÖHMERI, Professoris ibidem celeberrimi, me praeter omnem spem insinuare licuerit, a quorum oribus etiam, quamdiu ibi substiti, semper pependi; quorumque memoria gratisima non nisi morte mea demum intermoritura est. Ceteros autem ibidem inlytos Professores non temere neglexi, sed lectionibus Ill. a LVDEWIG, HEINECCII, FLEISCHERI, KNORRII, WIDEBURG, ZSCHACKWITZ interfui, quorum in me propensionem speciatim exponere supra vires meas est positum. Post aliquot abhinc annos, Illustris BÖHMERI commendatione, studii equitis Marchici, e generosissima gente ab ARNIM oriundi, praefectus fui, cum quo tum Halae, tum Francofurti juxta Viadrum, commoratus, hic iterum Dn. FLEISCHERUM, nobilissimum Par. fratrum HOFFMANNORVM, DITHMARVM, audiui, et consalinus V. C. TRIERI fui, cuius mira facilitate & affabilitate non mediocriter sum delectatus. Post sesqui alterum annum autem, equite isto castra sequente, ipse per semestre spatium adhuc ruri apud fratrem eius in latifundiis, quae in Vckero-Marchia amplissima islagens possidet, haesi; post Halam meam repetii, atque tum discendo tum docendo proficere studui.

† †

Patriam

Patriam denique reuifurus Ao. 1737. in Megapolitanas & Pomeranicas terras commigraui, atque Gustroniae aliquantisper praxeos studio me consecraui, usque dum buc penetrans, rebus meis conuenienter agere putau, si nomen meum apud Ampl. Jctorum ordinem, Candidatus honorum iuris, profiterer, ac quae huius sunt officii, ex statutorum praescripto explerem. Inter hanc tamen, ne tempus otio transegisse viderer, anno superiori dissertationem de Pecunia feudali, in specie Pomeranica, conscripsi, et Praeside, V.C. Dn. BALTHASARE, defendi. Quoad reliquum vitae spatium summum Numen mea et institutares, quibus a primis annis largissime benedixit, prosperare atque secundare dignetur.

Nec etiam deerit benignissimum Numen coeptis nostri Candidati, qui omnibus probis sese fecit commendabilem. Inprimis diligentiae atque eruditionis egregia novissime edidit specimina, dum ex more, in hac Academia alibique recepto, nuper rigorosum, uti dici solet, examen adeo fortiter sustinuit, ut nil fere in Antiquitatibus Romanis & iis inprimis juris Civilis ac patrii studiis, quae potissimum ad usum spectant, ita fuerit sepositum itaque reconditum, quod notitiam ejus exactam elaboretur. Quam docte elaborata solidaque eruditione referta fuerit exposito *l. 30. ff. de Poenis*, quam nuper publice recitavit, testes sunt omnes, qui rei hujus notitia quadantenus tincti, huic eruditorum coetui interfuere. Ultimam denique restat, nempe ut etiam in tuenda atque defendenda Dissertatione sua inaugurali, quae de utilissima, haecenus quidem ab eruditis, intacta, sed ab iis inprimis, qui foro inserviunt, desideratissima materia, *Pecunia scil. Assurationis, in Locat. Conduct. praediorum rusticorum soluta*, ejusque in concursu *Credit. jure*, virum se praestet, novumque eruditionis publicum edat documentum. Mearum jam est partium, ut omnes, qui Studiis operam navant, hac de re faciam certiores, inprimis autem

Aca-

*Academiae Magnificum Dn. Rectorem, Generosissimum
R. Dicafterii Directorem, utriusque Collegii Proceres
spectatissimos, Amplissimum Urbis Senatam, Verbi di-
vini Ministros reverendos, denique Illustrem, Genero-
sam, Nobilissimamque Studiosam juventutem, cunctos-
que Literarum literatorumque Patronos, fautores
atque amatores, summo, quod officii ac humanitatis ra-
tio postulat, studio compellam, enixeque ab iis contendam,
ut actum hunc solennem sua praesentia eo solenniorem red-
dere non dedignentur. Qui nunquam, quantum in me est,
deero, hoc, mihi atque Dno Candidato meo exhibitum favo-
ris ac benevolentiae signum, omni officiorum genere
demereri.*

P. P.

GRYPHISW. DIE X. NOV.

ANNI OB RESTAURATIONEM ACADEMIAE


JUBILAEI SECULARIS SECUNDI.

MDCCXXXIX.



In Oratione hic illic
pro: Majestatas lege: Majestas.
Pag. 14. lin. 10. lege:
Numen instituta mea et res.

P. P.
GEYPHISW. DIE X. NOV.
ANNI DE RESTAURATIONE ACADEMIAE
PHILOSOPHICAE SECUNDAE
MDCCXXXIX.




33. Malthasar, pragm. vna Lupa dau Kwaützi quoy Episki.
34. Malthasar, pragm. vna Lupa von Cuißnast. Episki.
35. Treiber, de excussione Sinistrarum, nam Sustran Cuißnast. Episki.
36. Treiber, de clausula codicillari.
37. Tresenreuter, de his qui heredes institui prohibentur.
38. Trues, de superstitionis conditoribus et propagatoribus.
39. Trues, logomactia in iuris naturae doctrina.
40. Trues, de decore gentium circa belli initia.
41. Trues, de auctoritate et fide gentium et republ.
Vna Credit dau Willhar und Kautae.
42. Tribbeckonius de commerciis.
43. ——— ——— ——— ———
44. Toler, de iure stipulae civitatis Francofurtanae ad Viadrum.
45. Trier, de officio Ordinarii in academiis.
46. Troppanneger, de potestate electorum et principum imperii circa ius nobilitatis subditis suis conferendis.
47. Troppanneger, de dote non promissa praestanda.
48. Troppanneger, de momento temporis.
49. Melis, an fideicommissarius suorum rerum fidei commissariam dominus sit, proptereaque non ex venditione aut permutatione rei fidei commissae acquisitam licet fuerit, a possessore inter medio gravato, postmodum alienata nihilominus tanquam rem fidei commissae subjectam, a tertio possessore vindicare possit.

50. Helis, ^{jure} de separatione in concursu Creditorum et utrum
hac ius in Salsatia superiori etiam post quinquennium locum
habeat.
51. Helis, quousque parentibus licitum sit liberis suis hereditatem de-
trahere et quid ad voluntatem parentum maxime nuncupati-
onem probandam requiratur?
52. Helis, si quis nomen ipsum sub condit. evictiois accipiat, an
et qualem actionem habeat accipiens, adnegat. eidentem periculo existen-
te: etc.
53. Helis, in quantum et quibus modis uxor pro marito valide se obliga-
re queat? et quid hac in re cum primis in Salsatia superiori sit
iuris?
54. Helis, quousque superstes conjux, altera parte defuncta, in hono-
rum recuperatione defendi, casus ipsi competere queat?
55. Helis, an foris cum tertio contractus beneficium divisionis
gaudeant?
56. Hoffmann. de origine, progressu et natura juris prudentiae
criminalis germanicae.
57. Hoffmann, de revocatione testamentorum ex iuris germanici
principiis explicata.
58. Hoffmann de coemeteriis ex urbibus tollendis, non vbiq. Salsatia
von Gottschalden mit den Händeln.
59. Hoffmann. de communiōis bonorum conjugum non nati-
ra atque principiis.
60. Hoffmann, de iure separandi allodium a fundo
61. Hoffmann, de donationibus propter nuptias.
62. Hoffmann, de jure consuetudinis.
63. Hoffmann, de die ac nocte nuptiali, non vbiq. Salsatia
von den Brautnächten.

64, Hoffmann, nuptiarum secundarum tempora . in calypso
Znit nona qua madama C^{te} P^{ro}nitau C^{te} C^{te}
65. Hoffmann, observationes quaedam testamentarias.





TIONIBUS PROPTER NUPTIAS.

35

rente lib. 6. de bell. Gall. c. 19. proditum:
ntas pecunias ab uxoribus dotis nomine acce-
tis bonis, æstimatione facta, cum dotibus com-
omnis pecunie ratio conjunctim habetur, fru-
ter eorum vita superarit, ad eum pars utrius-
uperiorum temporum pervenit. Si hæc testi-
ta sunt, si nimium exigimus ab ætate, qua
enta aut latebant, aut negligebantur, mi-
quod non vel ex sola nativa & domestica
um jurium, quæ in nuptiis observantur,
nt, morum illorum rationes non ex san-
rum, sed patriis consuetudinibus esse pe-
ebant tot germanica nomina & verba, quæ
niam pervenisse, aliquem somniare pos-
debatur. Huc referenda MORGEN-
ALITIUM, DONARIUM, GE-
weil aliaque quæ vel ex ipso sono originis
facile deprehendi potuissent, nisi illo tem-
i artificio fuisset habitum, Germanorum
ntiæ romanæ inferre & in ea primam ge-
faciem perdere. Hæc in præsentī mate-
nstrari possent, si liberum esset ad specia-
& in diversam DOTIS GERMANI-
LONUMQUE CONJUGALIIUM
uirere. Id vero nostrum jam non pati-
rspicientibus, quam vastus & difficilis hic
nem paucis & angustis dissertationis aca-
bsolvere, non permittitur. Placuit in alla-
is acquiescere, & de eo tantum, quod
identia DONATIONEM PRO-
TIAS appellare solet, paucis dixisse.

FINIS.

CON.